

determinati coloris reflectit, apparet ~~est~~ album quia omnes radios sa-
tis vivide reflectit; apparet nigrum quia exiguis regeat radios.

119. Ex dispositione pororum oriuntur diaphanitas et opacitas;
ita ut prima sit cum pori recti sunt, secunda vero, cum sint obli-
-qui.

120. Motus tremulus partium minimarum efficit, ut corpus
sit sonorum.

121. In filamentis auditorii nervi circa cochleam, et labyrinthum
extensio organum auditus situm est.

122. Cum diversa filamenta nervi auditorii diversos sonos re-
-cipiant, et ad cerebrum transmittant, hinc intelligitur, cur eodem
tempore plures sonos anima recipiat.

123. Soni propagatio est ab oscillationibus, et vibrationibus aëris.

124. Oloratus organum consistit in externis fibrillis membranae
interiorem narium partem penetrantibus.

125. Odores nihil aliud sunt quam particulae salino-sulphureae
ab odore corpore dimanantes.

126. Fibrae per linguam diffusae organum saporis constituunt

127. Sapidae particulae potissimum sunt salinae.

128. Factus organum sibi vindicant nexora filamenta, quae e cutē
~~ex~~ exumpentes per rete malpighianum in cuticulam protendantur

129. Caloris sensationem efficiunt igneae particulae, pernicissimo
et perturbato motu, agitatae.

„ dictase su zelo y conocimientos practicos, pu-
„ ra lograrlas con la exactitud y puntualidad
„ que se desea; y que conforme las fuesen recibien-
„ do

